Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De trigesimo Tauri Gradibus. Cap. 5

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

30 

Hic gradus, immemores nunciat homines, ac fatuos; ſi Iuppiter aut Venus hanc bono aſpiceret oculo gradũ; boni erunt ingenij; ſi Mars, vel Saturnus cũ malo eorum intuitu; peſſimæ tunc fuerint naturæ, & malignorũ morum, at ſi mercurius aſcendentem aſpexerit nullatenus, vel Luna; omnino fatui erũt, & portentoſi; ſtellam amplectitur quandam, Saturninæ naturæ, & Martis.

## De trigeſimo Tauri Gradibus.

### Cap. V.

VEneris domus eſt Taurus, eiuſq; frigida eſt natura, & ſicca, vt terra; cœli fixum eſt ſignum quod agreditur Sol, die 21. Aprilis, vbi vſq; ad 21. Maij moratur, in hoc ſigno exaltatur Luna; quotieſq; huius gradus ſignũ erit cum fortunatis Planetis, bonas indicant fortunas, optimaſue exaltationes; & ratio eſt,

quia

quia fixarum ſtellarum natura, ex ſe talis eſt, vt beneficos, vel Planetarum maleficos comitetur radios; itaq; bonæ maleq; influuntur in hominibus inclinationes, quę cum fixa ſtella in benefico ſituata erit Planeta; probę vtiq; fuerint, cum hæc ſigni fautrix dicatur, aſpectuſq; vt e. g. ſtella lucida primæ magnitudinis, beneficæ naturæ eſt; quid mirum, ſi benefice influet, ac nobiſcum iuxta ſuam naturam operetur; multoties oppoſitum venire videtur, & erit gradus dominatrix ſtella malefici aſpectus, propter quam, ſuam influit malignitatem, deuelatq; naturæ ſuæ effectus ſimiles; igitur ſignum hoc Tauri, quando fuerit in aſcendente per omnes 30. gradus indifferenter propter fixarum ſtellarum ſituationem, effectus nunciabit in illis gradibus, & vt ſingilatim dicamus primo.



1 Cum Taurus aſcendens fuerit cum primo eius gradu aſcendentis; hominem bonæ indolis indicat floridi, perſpicaciſq; diſcurſus, probus Poeta, Aſtrologus, magnuſq; geometra erit, & ſi in hoc gradu Tauri, Iouis, aut Venus erit, vel illum inſpicerent pre Trinum, aut Seſtilem, in omnibus in quibus ſe exercebunt exercitijs, ſecunda fruentur fortuna, Oppoſitum, ſi vnum ex duobus maleficis ibi cum malo ad fueris aſpectu, eritq; per Quadratum, vel Oppoſitionem. & illos, magnos occultarum rerum inueſtigatores redderet, veruntamen homines in futuris pradicendis peritos nunciaret. In hoc primo Tauri gradu eius præeſt ſtella Saturninæ naturæ.

2



Niſi præfuerit in hoc gradu Iuppiter, vel Venus, aut illum per Trinum, vel Sextilem perſpexerint; eſſent homines vituperoſi dediti exercitiis, & ſi cum malefico Martem, & Saturnum habebunt aſpectu, ab illo, caſum ab alto, præcipitia, & miſerias ex hoc expectabunt, quæ ſuper hunc gradum cadit ſtella Mercurialis eſt.

3



Hic miſterioſos homines deſignat gradus, Veneremq; ſi habuerit, vel Iouem, aut illi bonos tribuerent aſpectus, perfectis oratores, maximoſq; concinatores futuros portendit; at ſi Martem, vel Saturnum cum aſpectu malefico, infortunati in illis exercitiis, attamen Mercurium, ſi habuerit in aſcendente, vel medio cœli, aut in quolibet altero Planeta benefico, eo magis docti euadent; hic ſtella Mercurialis naturæ ſituatur.

4 

Quartus hic gradus, quãquã fortunatos habeat Planetas, tamen homines, iracundos, furioſos, primiſq; ſubiectos motibus nunciat; verum ſi Iouis, aut Veneris beneficum admiſerit aſpectum, longo tempore viuent, ac fortunati erunt; Martem vero, vel Saturnum ſi cum malefico aſpectu receperit, maximis vexabuntur infortunijs, breuemq, habebunt vitam. Huius ſtella Saturni ſequitur naturam.

5 

Hic gradus; homines multis, varijſquè periculis ſubijcit, at ſi Iouem, vel Venerem habuerit pręſentem, aut eorum aſpectum beneficum à tot euaderent periculis; ſi vero cum malo aſpectu Mars, vel Saturnus erit; miſerabili perituros eſſe morte portẽdit, & id propter fixæ ſtellæ malignitatem, quæ Martis naturæ eſt; quare hic ſemper eſt bene conſiderandus an-

gulus aſcendentis, vt quoquo, cuius ſic naturæ, quæ eſt in aſcendente ſtella, quoniam tantum in aſcendente hominis vitæ ſita eſt.

6



Gradus hic ſextus homines inclinat, laſciuos impuros multũq; in eorum iuuentute vitioſo malo afficientur nomine, peſſimiſq; moribus; verum præſente Ioue, vel Venere, ſaltem eorum aſpectibus beneficis, vitio carebunt omnino è contra vero ſuper eos imperante cum malo aſpectu Marte, vel Saturno, nam peſſima propter iuſtitiam morietur morte; veruntamen, ſi duorum maleficorum vnus malum ibi connotabit aſpectum, nempè in gradibus prædictis aſcendentibus, alterumq; fuerit in octaua, laqueo ſuſpenſus hic homo morietur; talium graduum ſtellæ, Martis, & Saturni naturæ eſt.

7



In futuris prædicendis homines peritos hic gradus indicat; ſi vero Iuppiter, vel Venus in eo beneficos ſeruabit aſpectus, fortunatiſſimis, maximiq; nominis futuros eſſe indicat illos; ſi enim mali erunt aſpectus Mars cum Saturno, ita vt per Quadratum, vel Oppoſitionem tales inſpiceret gradus; infortunatos, paruęq; exiſtimationis redderet; quæ hic continetur ſtella Mercurij naturæ exibetur.

8



Homines hic gradus decore magno, maximiſq; bonis ornatos nunciat; attamé, ſi Iouis, vel Veneris aſpectus non deuelabit; erũt volubiles, & in iuuentute peribunt; verum ſi boni erunt aſpectus, ſtabiles, longæue vitæ reddet; ſi in quam' per Quadratum, Mars, aut Saturnus; octauum hunc reſpiceret gradum Tauri

 vel

vel per Oppoſitionem; eorum violenta erit mors; talium graduum ſtella Saturni, & Veneris eſt naturæ.

9



Ad impietatem, enormiſſima vitia, & ad ſcelera inclinat hic gradus homines; tamen ſi Martis detinerit præſentiam, enecati peribunt; ſi Saturni, ob iuſtitiam, Idemq; aſſerendum, ſi duo infortunia ꝑ Quadratum, vel Oppoſitionem aderunt; ſi Iuppiter, vel Venus, cum beneficis aſpectibus, Martis; quodq; propellerent infortunia, & vitium, Veneris imitatur naturam, & Saturni hæc ſtella.

10



Hic gradus homines inclinat malignos, ac peſſimos; ſi vero erit duorum infortuniorũ, nempè Martis, pręſentia, ac Saturni maleficos connotabit aſpectus, eorumq; violentus fuerit interitus; at

ſi

ſi Iouis, vel Veneris, vel eorum aſpectus benefici ex Trino, vel Seſtili; malam propellerent gradus malignitatem, nec talem expectabunt mortem, Saturninæ, & Veneris naturæ huius eſt ſtella.

11 

Gradus hic vndecimus, male affectos homines denotat, hydropi, & obſtructioni ſubiectos, & ſi inſpecti fuerint cum bono Iouis, & Veneris aſpectu, tales malæ fugabũtur inclinationes; ſi vero ex his beneficis Planetis vnus horoſcopans fuerit cum gradibus illis, non ſolum, tales fugerent influxus, verum fortunati etiam erunt; at ſi in hoc gradu vndecimo præſentia erit Martis, vel Saturni, vel eorum aſpectus malefici, morte in eorum iuuentute afficientur. Hic ſtella quædam Saturnina, & Veneris naturæ cadit.

12 

Amore in ſequentes ignẽ, vel igniuoma arma homines hic docet gradus; verum Ioue, vel Venere in eo præſente, aut illorum beneficis aſpectibus à tali liberabuntur morte;Si vero in 8.vnus ex duobus adfuerit maleficis;alterq; cum malo aſpectu in aſcendẽte ? Martis ratione ab igne, & cauſa Saturni ab inimicis mortem recipient,vel à iuſtitiæ iuſſu; Saturni naturam eius ſtella imitatur.

13 

Digladiatores, & in armorum ludis verſatos hic gradus deſignat homines; ſi nãq; Iouem, vel Venerem habuerit comitem, vel eorum aſpectus beneficos; Regum euadent magiſtri, ac maximorum dominorum;ſi duo infortunia, ad illum maleficos immiſerint aſpectus, Mars namq,aut Saturnus; eorum breuis erit interius, propter quod afficientur indiſpoſitionis; hæc ſtella eſt naturæ Martis. Im-

14



Immundos homines,ſordibuſq; plenis hic gradus prædicit; ſi enim bono duarum fortunarum carebunt aſpectu, adeò male olebunt, vt illos odio inſequentur omnes;& ſi Martis, vel Saturni habuerit aſpectum maleficum, violenta morientur morte;Saturni naturam hæc ſtella ſequitur.

15



Homines libidinoſos hic gradus indicat ob eorũ calorem nimium, crapulatores, mendaces, loquaceſq; Si Iouis vero, vel Veneris habebunt præſentiam,& eorũ aſpectus beneficos, tot maligni contemperarẽtur influxus;ſi Martis aut Saturni infortunatos aſpectus,eo magis vitioſi,& infortunati fient;talis gradus ſtella,Martialis eſt.

Fa-

16



Facinoroſos , peſſimoſq; gradus iſte homines nũcia ;eoq; peiores erunt quo Martis recipiet, vel Saturni aſpectus maleficos; ſi per Trinum perſpectus erit hic gradus, vel Seſtilem, aut Iouem habuerit præſentem , vel Venerem ; has malas certè fugerent indicationes; eius ſtella, Martis, & Satutni naturæ eſt.

17



Iſte gradus fabros ferrarios homines denotat; ſi tamen Iouis , vel Veneris pręſentiã habuerit, aut eorum aſpectum per Trinũ , vel Seſtilem , quam maximè fortunatos futuros eſſe demonſtrabit ; ſi Martem cũ aſpectu malefico; ob caſum ab alto peribunt; ſi Saturnum in carceribus, propter aliena bona, atq; curiæ iuſſu , quam habet hic gradus ſtella Saturnina eſt.

Ho-

18



Homines hic gradus efficit, pacificos, humiles, ac ſubditos; ſi cum Veneris, vel Iouis aſpectu, aliorum priuabuntur ſeruitute, ac Domini euadent, imò prȩlati multoties erũt, quare ſecunda fruentur fortuna; ſi vero duarum fortunarum aſpectu carebunt, pauperes, latrones, ac miſeram ducent vitam, at ſi Mars ei ſuos mitteret maleficos aſpectus, fortaſſe vulnerum cauſa vitam terminabunt ob Dominum ſuum, ſi maleficorum Regnum Saturnus fuerit in aſcendente; auguſtijs vexationibus, ac carceribus afficientur; huius ſtellæ natura, Iouis eſt.

19



Si Iouem, vel Venerem hic gradus habuerit præſẽtem, vel aſpectus connotabit beneficos; naturali morte morientur; ſi his carebunt aſpectibus; ſteriles fuerint, ſi Martem cum aſpectu malefico, ab alto cadent, & fortaſſe in igne,

igne, ſi Saturnum, in aquis immergentur, vel propter venena, eorum imponent vitæ terminum, naturam ſequitur hæc ſtella Iouis eſt.

20 

Libidinoſos nunciat homines, & circa libidinẽ vitioſos in eorum iuuentute; & eo peiores erunt, quo Martis maleficos recipient, vel Saturni aſpectus, quoniam punientur à iuſtitia, ſi loco illorum, beneficos Iouis, vel Veneris comites habebunt aſpectus è contra fuerint caſti, & morte morientur naturali ſtella illorum eſt.

21 

Hic gradus, hominibus violentá retribuit mortem; eo magis ſi erit cũ Marte, vel Saturno, aut eorum malo aſpectu, Quadrati, vel Oppoſitionis; lacerati, maleq; morientur, at ſi Iouem, vel Venerem cũ aſpectu benefico oſtẽ-

det

det,tali priuantur morte ; atque ſi vna duarum fortunarum in aſpectu benefico, alteraquè in octaua haud hunc poterunt bonum fugere influſſum;ſtella hæc eſt Martis, & Lunę naturæ.

22



Gradus hic, ſegnes inclinat homines, ac maleficos, vitioſos multum in eorum iuuentute, ſceleſtes; at ſi vnum ex duobus infortunijs cum gradibus prædictis fuerit; violenta morte moriendos aſſerimus; ſi Iouem, vel Venerem, vel aſpectum eorum per Trinum, aut Sextilem habuerit,gratioſi, comici, & Iſtriones publici erunt;eorum ſtella eſt naturæ Lunæ, & Martis.

23


Inſtabiles gradus hic portendit homines,& inſtabiles; ſi vero Iouis, vel Veneris habuerit præſentiam, eos reddet pacificos,& fortunatos, at ſi Martis, vel Saturni, vel illorum aſpectus maleficos, multis afficientur varijſquè vexationibus; naturæ Martis eſt hæc ſtella, & Lunæ.

24


Muſicos hic rgadus facit homines, ſi vero Iouis, vel Veneris beneficum habuerit aſpectum, vel illorum præſentiam; fortunatos, excellenteſq; euaſuros denotabit in tali arte, eius conſiderãdum oppoſitum, Saturno ibi, vel Marte præſente per Quadrato, vel Oppoſitionem; quoniam non ſolum violenter morerentur, ſed miſerrime multum; hi gradus quandam habent configuratam ſtellam Martis, & Lunæ naturæ.

Ho-

25 

Homines ſutores hic gradus promittit, & quòd ex tali officio vitam ſuſcipient, ſi vero Iouem ſecum habuerit, fortunati erunt; ſi huius aſpectus beneficos, ac Veneris, in lucris fortunatiſſimi; ſi Mars, vel Saturnus cum aſpectibus maleficis; miſeram ducent vitam, veruntamen, ſi bonis, & malis carebunt aſpectibus, tantummodo ſutores erunt, talium ſtella eſt Saturni Iouiſq; naturæ.

26 

Omni hic gradus priuatus Iouis, vel Veneris aſpectu, homines vnũ tantum habentes oculum declarat, imo à ſurditate vexabuntur, ſi Iouis aſpectus bonos, vel Veneris oſtendent; has malas reijcerēt inclinationes; ſi Martis, vel Saturni erunt aſpectus malefici violenter morituri periculum habebunt in eorum iuuentute; hic ſtella reconditur quædam Saturnina.

27


Hyſtiones optimoſquè repræſentatores deuelat homines; Iouis tamen habente, vel Veneris aſpectu benefico, in maximo gradu luxurioſos in iuuentute illos denotat, ſi in his gradibus malefici adfuerint Martis, aut Saturni aſpectus, ob tale vitium, mortem à iuſtitia ſuſcipient; at ſi illum Iuppiter, vel Venus per Trinum inſpexerit, aut Sextilem talia deijcerent peſſima vitia; huius ſtella Iouis, Lunæq; ſequitur naturam.

28


Gradus hic omni benefico dum fuerit Iouis, vel Veneris priuatus aſpectu; homines in eorum ætate prima repræſentat diuites, & in ſenectute miſeros, miſeraq; illos afficiet morte, veruntamen ſi aſpectus obtinuerit beneficos, duarum prædictarum fortunarum, fortunati ſemper fuerint, at ſi il-

ſi malefici erunt aſpectus Martis, aut Saturni, dum iuuenes erunt, violenter peribunt; Saturni, Iouiſq; eius ſtella imitatur naturam.

29



Portendit hic gradus homines furioſos, ſuperbos, & imperioſos, atq; cupidos quam maximè dominandi, & imperādi; ſi vero hic gradus Iouem obtinuerit, vel Venerem; cum ſuperbiam dominabuntur ſemper; ſi Martem, eorum fuerit finis violentus; ſi Saturnus infortunijs ſubiectos, reiectoſq; ab omnibus; ſtella ſuper hos gradus cadens, eſt Saturni, Iouiſq; naturæ.

30



Hic vltimus trigeſimus gradus, multum affabiles efficit homines; ſi Iouem, vel Venerem habebit præſentem; nobilis animi in eorũ omnibus actionibus illos declarat; at ſi Saturnum, miſeros, &

mendicos; ſi Martem, audaces, & apud magnos Dominos præualebunt; attamen ſi cum maleficis illis hi gradus in Quadrato, vel Oppoſitione fuerint, quidquam bonum nunqu[am] ſortietur. Sita eſt in his gradibus Saturni, & Iouis naturæ ſtella.

## De Trigeſimo Gemini gradibus.

## Cap. VI.

CAlidum, humidumq; eſt hoc Gemini ſignum, Aeris conſequens naturam; domus Mercurij, ac commune eſt ſignum. Draconis capud in ſigno prædicto exaltatur; Tale agreditur ſignum Sol 21. Maij; & vſquè ad 21. Iunij, ibi moram trahit, haſq; infra dicendas nunciabit inclinationes toties hoc ſignũ, quoties infraſcribndos gradus habuerit Comites.